Este libro usado

FUE DESINFECTADO

para su venta

ESTE MARBETE DEBE SER
STRUIDO POR EL COMPRADOR

Proc. Gen. & Capituli Secretarium.

518.

ACTA CAPITULI PROVINCIALIS,

CELEBRATI IN HOC S. P. N.
DOMINICI *Imperiali Mexicano Cœnobio, die vigeſima quinta menſis Aprilis anni milleſimi ſeptingenteſimi ſexageſimi primi.*
SUB R. Adm. P. N.

F. FRANCISCO DE LARREA,

In Sacra Theologia Magiſtro Sancti Officij Qualificatore, quondam pro Comitijs Provincialibus Definitore, utriuſque Curiæ Procuratore, & Capituli Generalis Definitore electo, hujuſque Mexicani Conventus Priore, ac noſtræ Provinciæ Vicario Generali, nunc verò communi omnium Vocalium Suffragio ad Provincialatum evecto.

DEFINIENTIBUS UNA CUM IPSO
RR. Adm. PP. NN. F. ANTONIO CASIMIRO, de Montenegro in Sacra Theologia Magiſtro, Sancti Officij Qualificatore, ac hujus Mexicani Conventus Priore: Fr. Petro Dorado in Sacra Theologia Magiſtro: Fr. Antonio de Viar, & Larrimbe in Sacra Theologia Præſentato: Fr. Petro Garrido in Sacra Theologia Præſentato, ac Conv. ſtrictioris Obſervantiæ S. Mariæ de Pietate Priore: Primo, & tertio pro natis in Indijs; ſecundo, & quarto pro natis in Hiſpania Definientibus.

ANNO DNI. M.D.CC.LXI.

Mexici: ex Novæ Antuerp. Officinæ typis, apud D. Chriſtophorum, & D. Philippum de Zuñiga, & Ontiveros, in via Palmæ.

RPJCB

-:()✠():-

In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

ABSOLUTIONES.

*Abſolvimus omnes Suppriores Conventuum, ſimulque omnes Vica-
rios, & Præſides Domorum hujus noſtræ Provinciæ.*

DENUNTIATIONES.

1. DEnuntiamus, quod cum R. A. P. N. Fr. Joſephus Larrimbe in
Sacra Theologia Magiſter, Regia pro Univerſitate Doctor
Theologus, Sancti Officij Qualificator, ac in N. S. Jacobi
Mexicana Provincia Prior Provincialis primo ſui Præſulatus
anno die ſexta Novembris anni 1760. (Divina Providentia ita ordinante,) è
temporali vita ad Cœleſtem, (ut pie credimus) Eccleſiaſticis Sacramentis devo-
tè ſuſceptis, religioſe migraſſet, ſtatim ut præmemorati R. A. P. N. funus perac-
tum fuit, de novo Paſtore ſolliciti, tam ſecūdū noſtrarum legum inſtituta, præ-
ſertim diſt. 2. cap. 3. quam ſecundum ſpecialem ordinationem pro N. Mexi-
cana Provincia, â Rmò. P. N. M. G. Fr. Nicolao Rodulfo Pariſijs datam die vi-
geſima Auguſti anni 1632, & in Provinciali Capitulo anno elapſo 1633.
obtemperatam, per campanulæ ſonum convocato Capitulo, in altiori Præ-
laturæ loco deſignatione, & exercitio Vicarij Generalis ritè collocatus fuit
R. A. P. N. Fr. Franciſcus de Larrea Hiſpanus, in Sacra Theologia Mag.
Sancti Officij Qualificator, ac hujus Mexicani Conventus Prior: eique
tam in hoc Mexicano Conventu, quam in omnibus alijs hujus N. Provin-
ciæ debitam obedientiam præſtitimus, ac tanquam verum, & legitimum
Vicarium Generalem agnovimus.

2. Denuntiamus: quod accedente Dominica: *Deus à quo bona,* quæ
eſt quarta poſt octavam Paſchæ, Sabbato præſedenti ſub die 25. Aprilis
anni 1761. jam ut juris eſt vocalibus à Dominica in Septuageſima convo-
catis pro novo eligendo Paſtore, ſervatiſque omnibus de jure ſervandis,
Præſide R. A. P. N. Fr. Franciſco de Larrea in Sacra Theologia Magiſ-
tro, Sancti Officij Qualificatore, hujus Conventus Priore, ac N. Provin-
ciæ Vicario Generali unanimi, ac liberrimo Electorum conſenſu cano-
nicè electus fuit Provincialis, ipſemet R. A. P. N. M. Fr. Franciſcus
Larrea Hiſpaniæ profeſſus jure alternativæ ſervato. In cujus electionis
ſcrutinio, cum Prior habitu antiquior ad ſcrutatoris munus legitimè præ-
peditus fuiſſet, loco ipſius ex præſcriptis legum noſtrarum, majori eligen-
tium ſuffragiorum numero, electus fuit tertius Scrutator R. P. ex Lector
Fr. Johannes Juncoſa Conventus Sanctæ Crucis de Zacatecas Prior. Quam
electionem Provincialis, utpotè Canonicam á N. Rmò. confirmari ſuppli-
citer poſcimus.

3. Denuntiamus: die vigeſima octava Septembris anni 1760. quinde-
cim Religioſos viros ex Hiſpania tranſductos ad nos adveniſſe, quorum
nomina, cognomina, Patria, anni ætatis, & profeſſionis, atque etiam mu-
nia in proprijs Conventibus adepta, ſervato, necnon antiquitatis ordine hac
nova, & ſpeciali denuntiatione prout á N. Rmò. in actis pro Provincia

Mexicana ſub die duodecima Auguſti anni 1758. expeditis præcipitur, exprimuntur.

I. R. P. Fr. Ildephonſus Truxillo Carpetanus in Villa de Valdepeñas natus, Filius Conventus, Collegij, & Univerſitatis SS. Virginis Mariæ del Roſario de Almagro, ubi titulo Collegæ octo vixit annis; nunc verò in Conventu N. S. Roſæ de Sombrerete Artium Lector extat. Ætatis 30 Profeſſionis autem 13 ei ſunt anni.

II. R. P. Fr. Joachimus Gamiz Cantabrienſis Victoriæ ortus: Religioni inibi in Conventu S. P. N. Dominici adſcriptus fuit. Ætatis 30 ac à profeſſione 13 enumerat annos.

III. R. P. Fr. Dominicus Gomez, & Figueroa in Villa de Fitero Regni Navarræ natus, Filius Conventus S. Ildephonſi Cæſarauguſtæ, ubi per ſex annos ſtudiorum curriculum indefeſſe complevit: poſteaque integram Quadrageſimam, 16 panegyricas conciones, ſexagintaque morales veſpertinas, quin etiam pro duorum annorum ſpatio fidei Orthodoxæ myſteria diebus profeſtis in eodem Conventu explicans fructuoſè prædicavit. In Indijs verò unam Quadrageſimam (vulgo tanda) 10. Sermones panegyricos, hactenus habuit. Ætatis 32. à profeſſione 12. adimplevit annos.

IIII. R. P. L. Fr. Ignatius Gentil Bæticus: qui in Civitate, ac Portu Gadditano ortum duxit, ac in Conv. SS. Roſarij, & S. P. N. Dominici ejuſdem Civitatis Religioni nomen dedit, inibique annis quinque Lectioni Artium incubuit. Ab ortu 26. à profeſſione 10. annumerat annos.

V. R. P. Fr. Vincentius Alcayde Bæticus, Portum de Sancta Maria patriam habet, ac Conv. S. P. N. Dominici in Villa de Oſuna Filius eſt. Qui poſtquam Philoſophiæ per triennium, & totidem Theologiæ ſtuduiſſet, integram Quadrageſimam, duaſque panegyricas conciones, quatuorque SS. Roſarij in oris Gadditanis animarum profectu habuit Orator. Americæ nocturnos Sermones per Quadrageſimam quinquies audientium plauſu prædicavit; nunc tandem in N. Imperiali Mexicano Conv. Organi pulſator degit. Ab ortu 29. à profeſſione 12 annos ducit.

VI. R.P. Fr. Nicolaus Ortiz, & Zarate Cantabrienſis in Civit. Victoriæ ortus, ibique ſuæ filiationis Conv. extat; in quo ſex annis in ſtudentatu conſumptis, novem Sermones panegyricos, & tredecim morales, cum Animarum lucro, in eadem Civitate laudabiliter protulit. Ætatis 27. profeſſionis 9. anni ſunt illi.

VII. R. P. Fr. Joſephus Garcia Bæticus, in Civitate Carthagena de Levante ortus, ac Regij Conventus S. P. N. Dominici de Malaga Filius, qui Philoſophiæ, ac Theologiæ ſtudio per ſexennium vacavit, in Conv. Collegio, & Univerſitate SS. V. Mariæ del Roſario in Villa de Almagro Collegialis honore decoratus. Ætatis habet 24. profeſſionis 8. annos.

VIII. R. P. Fr. Joſephus Moreno Carpetanus in Villa de Torrealba natus, ac Conventus, Collegij, & Univerſitatis SS. V. Mariæ del Roſario de Almagro Filius, qui ſtudijs Philoſophiæ, ac Theologiæ ibidem ſex annorum ſpatio incubuit. Ætatis 25. profeſſionis 8. ennumerat annos.

IX. Fr. Dominicus Gandarias Cantabrienſis in Oppido Jure natus, ac in Conv. S. P. N. Dominici de Victoria profeſſus, ubi per ſex annos ſtudentatum laudabiliter abſolvit, atque impræſentiarum in N. Mexicano Collegio de Porta-Cœli Collegæ titulo inſignitus eſt. Ætatis anni 22. profeſſionis 6. & 6. menſes illi ſunt.

X. Fr. Raphael de la Fuente Carpetanus in oppido Valdemanco ortus, ac ſupramemorati Conventus SS. Virginis Mariæ del Roſario de

Alma

Almagro Filius, ibique per tres annos Philoſophiæ, per unicumque Theolo-
giæ vacavit, ac nunc in N. Mexicano S. P. N. Dominici Collegio Theo-
logus Collegialis degit. Ætatis 24. profeſſionis 6. annos habet.
XI. R. P. Fr. Franciſcus de Eſtavillo Cantabrienſis, in Villa de Muergas
natus, ac Filius Conv. S. P. N. Dominici de Victoria, ubi Philoſophiæ
per triennium, & Sacræ Theologiæ per ánnum, & ſex menſes vacavit;
nunc verò in N. Mex. Conv., ubi unam Quadrageſimam laudabiliter prædica-
vit, Sacræ Theologiæ ſtudet, ac ſimul Pſalmodiæ Cantor vivit. Ætatis 24. pro-
feſſionis 6. enumerat annos.
XII. Fr. Vincentius Mora Bæticus, in Villa de Cabra ortum duxit, ac
Filius eſt Conv. S S. Roſarij, ac S. P. N. Dominici Civitatis Gadditanæ, ubi
Philoſophiæ incubuit; nunc verò in N. Collegio de Porta-Cœli Sacræ
Theologiæ ſtudio vacat, titulo Collegæ decoratus. Ætatis annumerat 21.
profeſſionis 3. annos.
XIII. Fr. Bonaventura Manterola Cantabrienſis, in Villa Zaraoz natus, ac Fi-
lius Conv. S. Telmi Civitatis S. Sebaſtiani, qui in Conv. S. P. N. Domi-
nici de Victorià Summulas didicit, ac nunc in N. Mexicano de Porta-
Cœli Collegio, Artium Curſum proſequitur. Ætatis habet 20. profeſſio-
nis 2. annos.
XIIII. Fr. Didacus Dominguez Converſus Caſtellanus, in Oppido de Tara-
gabuena natus, ac Filius Conv. Sancti Ildephonſi Civitatis Tauritanæ.
Ætatis 44. profeſſionis 16. annos habet.
XV. Fr. Franciſcus Redondo Converſus Caſtellanus, ac Filius Conv. Sancti.
Ildephonſi Civitatis Tauritanæ. Ætatis 35. profeſſionis 12. annumerat annos.
4. Magna animi amaritudine oppreſſi denuntiamus: die 3. Martij
anni 1761. N. Rmi. recepiſſe litteras datas Matriti, die 3. Novembris
anni 1760. quibus certiores nos facit de dolentiſſimo, ac lacrymis irreme-
diabilibus die plangendo, quo D. D. Maria Amelia Hiſpaniarum Regina, & N.
Catholici Regis Conjux ê vivis ſublata ad Æthera, ut pie creditur evocata
fuit, quibus que præcipit ut in ſingulis totius N. Provinciæ Conventibus, Mo-
naſterijsque funus præfatæ D. Reginæ noſtræ quam primum fiat, publica
in Choro recitatione Officij Defunctorum, & celebratione Miſſæ cum can-
tu, utque Sacerdotes ſinguli pro animæ illius expiatione ſemel rem divi-
nam faciant; Fratres verò Clerici, Monialeſque Choro addictæ ſemel ſeptem
Pſalmos pœnitentiales; Converſi verò, atque Converſæ tertiam Roſarij par-
tem precando recitent: quas equidem ſequenti die, Communitati hujus N.
Conv. publicari, atque per omnes Conv. & Domos transferri mandavimus.
5. Denuntiamus: eodem die menſe, & anno alias ſuſcepiſſe litteras Rmi.
P. N. M. Vicarij Generalis Fr. Johannis Dominici de Villavechia expedi-
tas die 18. Septembris anni 1760, quibus ipſius Vicariæ Generalis munus, ob
egreſſum ad Hiſpaniam Rmi. P. N. M. Generalis notum facit nobis, &
præcipit, ut quotidie uſque ad Kalendas Decembris ſupradicti anni 1760.
ſinguli Sacerdotes in Miſſa Collectam *Adeſto Domine*, dicant: atque uſque
N. Rmi. ad Urbem reditum quotidie poſt Completorium tam Fratres, quam
Moniales Reſponſorium: *O Spem miram*, cum Oratione *Deus, qui Eccleſiam*
in Choro recitent, & qui á Choro abſuerint privatim ipſas preces per-
ſolvant; Converſi, & Converſæ quindecim *P. N.* recitent: quæ pariter
auſcultatæ per ſingulos Conventus, ac Domos publicatæ, ac executioni
mandatæ fuere.
6. Non ſine parvò animi dolore denuntiamus: quod die 23. Januarij
hujus labentis anni juſſu, & decreto Excellentiſſimi D. hujus Orbis Pro-

Regis hæc N. Provincia Parochiali Domo S. Johannis Baptiſtæ de Iztapalocan ſpoliata fuit.

7. Denuntiamus: die 29. Aprilis currentis anni à majori parte Capituli canonicé electos fuiſſe in Definitorem quidem Capituli Generalis R. A. P. Fr. Joſephum Dominicum de Soſſa in Indijs natum, in Sacra Theologia Magiſtrum, Regia pro hac Univerſitate Theologum Doctorem, ac in ea A. N. D. Cathedræ Moderatorem, Sancti que Officij Qualificatorem; in ejus verò Socium, ſeu quatenus opus ſit Electorem R. P. Fr. Joſephum Ramonell Hiſpanum, Sancti Officij Qualificatorem, Epiſcopatus Durangenſis Examinatorem Synodalem, ac N. Conv. S. Roſæ de Sombrerete Priorem, & Regentem Primarium, ſivè Capitulum Generale proximè celebrandum ſit Provincialium, ſivè Definitorum: quas Electiones, utpoté; ritè factas, à N. Rmó confirmari ſuppliciter petimus.

ORDINATIONES.

I. ORdinamus, ut omnia, quæ in proximè ante Actis á N. Rmô. P. M. G. Fr. Johanne Tha de Boxadors fuerunt ordinata cum declarationibus, decretis, & præſcriptis inviolabiliter obſerventur, utpoté ad Regularem Obſervantiam, bonumque Provinciæ utiliſſima.

II. Ordinamus: quod omnes Sacerdotes ſingulis diebus devoté, ac reverenter in Eccleſijs N. celebrent SacroSanctum Sacrificium Miſſæ, ea puritate, & munditia conſcientiæ, quæ tantum Miniſterium decet, ſe conformando in omnibus Miſſali Ordinis noſtri: ſupra quod Magiſter Cæremoniarum ſedulò invigilet, & ſi aliter factum invenerit, hos corrigat.

III. Ordinamus: quod Sacerdotes ſimp lices intra ſex menſium ſpatium examini pro Confeſſionibus audiendis ſe præſentent; & ſi in hoc deſides fuerint reperti, condignis arbitrio Prælati pœnis corrigantur.

IV. Ordinamus: præ oculis habentes declarationem primam noviſſimi Capituli Generalis Romani, ut omnes fratres ad excipiendas Confeſſiones, trinum teneantur examen ſubire, ita tamen, ut de triennio, in triennium novo, debeant examini præſentari in proximiori Conv. ubi vigeat ſtudium Generale, coram quinque Examinatoribus, quorum duo ad minus debent eſſe Theologiæ Scolaſticæ Lectores, vel in eadem facultate Baccalaurei. Et ordinamus etiam, ut Magiſter Studentium habeat penes ſe librum, in quo approbationis, vel reprobationis examinati ratio, necnon dies, menſis, & annus ſuæ præſentationis fideliter adnotentur.

V. In memoriam revocantes Decreta Pontificia, N. Catholici Regis voluntatem, necnon, & Acta Capitulorum Generalium ſuper alternativa in hac Provincia ſervanda, & ne tantisper minuatur, ordinamus, & ſtricte præcipimus, ut inter natos in Hiſpania, & in Indijs laudabilis alternativæ lex, uſque ad minimum fideliter obſervetur.

VI. Ordinamus: quod licet á fundationis initio hic Mexicanus Conv. ut in eo Provinciæ Archivium collocetur, fuerit delectus, nihilominus ordinationi noviſſimi Capituli Romani obtemperantes, illum nunc ſicut, & in ante Actis deligimus denuo, ac deſignamus, ut omnia authentica Provinciæ inſtrumenta in ipſo tuto aſſerventur.

VII. Ordinamus: quod PP. qui in hoc Capitulo ad excipiendas Confeſſiones Sæcularium inter horas Canonicas ſunt deputati, ſui muneris executioni diligenter incumbant, nulloque prætextu à Confeſſionali deficiant, prom-

promptique inveniantur nocte, die quæ, ad hoc ſpirituale remedium fidelibus miniſtrandum; qui verò ad hoc deputati non ſunt, huic noſtri ordinationi in majoribus ſolemnitatibus parebunt.

VIII. Ordinamus, & mandamus: conſuetudinem, quæ in Noſtra Provincia viget ſtudentibus Philoſophiæ, ac Theologiæ quaternos ſcribendi, penitus aboleri, ac deinceps Lectores Artium Sapientiſſimi P. M. Fr. Antonij de Iribarren, vel Sapientiſſimi P. M. Fr. Antonij de Goudin Curſum Philoſophicum; Lectores que Theologiæ R. A. P. M. Fr. Johannis Baptiſtæ de Gonet Theologiæ clypeum mane, veſpereque A. N. D. Summam legere, & diligenter curent, ut ſtudentes prædictos Authores habeant, memoriterque retineant: de quibus rigoroſe poſt feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis ſingulis annis examinentur. Quod, & pro N. Pontificio de Porta-Cœli Collegio commendamus.

IX. Non obſtante quacumque alia conſuetudine ordinâmus: quod deinceps non alio tempore Fratres noſtri â ſtudij ſequela vaccent, niſi â feſto Sctæ Mariæ Magdalenæ, uſque ad feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis, diebus feſtivis, & Hebdomada Sancta, vel à feſto Proto Parentis N. Auguſtini, uſque ad feſtum Sancti Lucæ Evangeliſtæ, juxta conſuetudinem Collegij N. de Porta-Cœli.

X. Ordinamus: quod nullus in poſterum Lectoris titulo appelletur, niſi qui Philoſophiam, vel Theologiam actu legunt, vel qui hujuſmodi lectionis tempus expleverint; nec Fratres alicui niſi præmemoratis titulum Lectoris largiantur.

XI. Ordinamus: quod Fratres, qui ex alia Provincia in hanc N. fugitivè pervenerint, protinus recipiantur in carcerem, & quam primum ad ſuam originariam diligenti adhibita cuſtodia aſportentur.

XII. *Ordenamos, y mandamos: que en nueſtro Monaſterio de Santa Catharina de Sena de eſta Corte no ſe reciba à el Avito à ninguna Perſona, ſi no afianza antes de tomarlo quatro mil peſos de Dote, ſi fuere Religioſa para el Choro, y ſi fuere Lega, debe de la miſma manera afianzar dos mil peſos de Dote antes de tomar el Avito. La qual Ordinacion hacemos à peticion è inſtancia de las miſmas Religioſas de dicho Monaſterio.*

SUPPLICATIONES.

1. IN Actis Capituli Provincialis immediatè præcedentis, ſupplicatione prima certiorem fecimus Rm. P. N. M. Generalem de ſollicitudine R. A. P. M. Fr. Petri Moreno, & Sañudo, in vita communi promovenda, boniſque ſpiritualibus, & temporalibus N. Conv. S. Mariæ V. del Roſario Civitatis Guadalaxarenſis augendis, interſtitiorum diſpenſationem obſecrantes, ut in munere Prioris poſſit iterum, atque iterum continuari: quam quidem ſupplicationem iterantes N. R. P. M. Generali exponimus, accedentibus omnium PP. laudati Conv. ſuffragijs, & precibus manu propria ſubſcriptis, idipſum à nobis humiliter efflagitantibus. Nec mirum cum infra breve anni decurrentis ſpatium lampadem argenteam perpolitæ ſtructuræ confecerit, ponderis unciarum ducentarum ſupra triamillia; Sacriſtiamque ſimul Sacris Imaginibus omnium Sanctorum, & Beatorum Ordinis N. eleganti penicillo, circuloque ligneo deaurato in eorum cultum, & decorem munificentiſſime ornaverit.

2. Similiter ſupplicationem ſecundam Capituli Provin. immediatè præceden-

cedentis iterantes, obſecramus Rm. P. N. M. Gen. ut N. Prov. affiliare dignetur P. Fr. Joſephum Roher, Filium Conv. S. Chatharinæ V. & Martyris Barcinonenſis, & pro nunc é Prov. SS. Roſarij Inſularum Philippinarum ad ſuam revertentem de licentia R. A. P. Prov. ejuſdem Provinciæ, & Medicorum Conſilio ob graviſſimas ægritudines, quas in prædictis Inſulis patiebatur. Unde cum ad N. Mexicanum Conv. perveniſſet, eſſetque omni ope deſtitutus, ut in Hiſpaniam ſe conferret, ob defectum expenſarum, quæ pro tam longo itinere ſunt neceſſariæ, ideo nobis ſupplices litteras pro præfata filiatione impetranda præſentavit.

3. Supplicamus N. Rmó. quod Fr. Petro Vergareche Converſo, ac hujus N. Provinciæ Filio, ſuam veniam concedat, ut ad hanc Provinciam redire poſſit: nam preter quamquod plenus dierum invenitur, decem, & octo ab hinc annis in Hoſpitio S. Hyacinthi Provinciæ SS. Roſarij Inſularum Philippinarum indefeſſe laborat, & Regalia decreta decernunt, quod Fratres tali Provinciæ aſſignati poſt decem annos, in priſtinas Provincias redire poſſint. Quam Regis Noſtri voluntatem præſentem habuimus, ut ipſum in hac Noſtra Provincia reciperemus.

4. Submiſſo obſecramus animo: N. Rm. diſpenſare dignetur RR. PP. Præ. Gen. ſuper reſidentiam in Conventibus quorum ſunt Prædicatores Generales, nedum eo quod in Priores aliorum Conventuum eligantur, vel habeant Curam animarum, vel ſint Magiſtri Novitiorum; verum etiam ſi alicubi officio Vicarij Provincialis, Supprioris, Procuratoris, Socij Provincialis, aut Præſidis Provinciæ, vel quia ſint Vicarij alicujus Domus, ut nobis conceſſum fuit ab Illmò. & Rmò. P. N. M. Gen. de Monroy.

5. Obſecramus N. Rm. quod licet in poſterum hic Mexicanus Conv. ex Capitali Collegij Angelopolitani Sancti Ludovici exſolvere teneatur, pro quolibet centum quinque ſcuta, nihilominus ex his quinque duo aſſerventur in depoſito hujus Conv., & tria reliqua impendantur in transductione Virorum Religioſorum ex Hiſpania: quippe his tribus ſcutis poſſunt in quolibet Capitulo ex Hiſpania transduci ſex viri Religioſi, ut fuit ordinatum á N. Rmô; & duobus remanentibus novas poſſeſiones ædificari, ne decurſu temporis hujuſmodi Capitale pereat.

6. Supplicamus: quod merita á Religioſis Hiſpanicis in proprijs Provincijs facta, in hac N. Mexicana Provincia ſubputentur pro forma; ſuppoſito, quod cum honoribus, & oneribus ad hanc N. Provinciam transducti fuerunt.

7. Rogamus N. Rmò: ut cum R. P. L, ac The. Dr. Fr. Dominico de Arrieta diſpenſare dignetur ut tempus lectionis quod in Mag. Studentium per triennium, & quinque menſes antequam lectioni Artium incumberet, conſumpſit, pro gradu, & forma computetur. Quam gratiam ſimiliter efflagitamus, pro R. P. Fr. Emmanuele de la Vega, Conv. N. SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Queretaro Priore; qui antequam Artium Lector conſtitueretur, per annum, & ſex menſes utiliter laboravit in Magiſterio ſtudentium.

8. Supplicamus: N. Rm. ſua ſuprema authoritate jubere dignetur, quod quando in poſtulationibus ad gradus locus conceſſus fuerit alicui, in alio Capitulo nullatenus auferatur, alioquin aſſequi non valemus, quod unius Capituli poſtulationes, cum poſtulationibus alterius cohæreant, & concordent.

POSTULATIONES.

ORdinationibus Rmi. P. N. M. G. Fr. Thomæ de Turco, & Rmi. de Ripoll obſequentes, quibus præcipitur, ut in meritorum Judices eligantur duo ex MM. in hac N. Provincia acceptatis, ne in poſtulationibus fraudi, querelæ, aut injuriæ pateat locus, delecti fuerunt ad id munus R. A. P. M. Fr. Petrus Moreno, & Sañudo, in Hiſpania natus, & R. A. P. M. Fr. Nicolaus Troncoſo ex natis in Indijs, qui poſt maturum examen, de quorumlibet poſtulandorum meritis fideliter informarunt.

Similiter obtemperantes ordinationibus Emminentiſſimi de Pipia, quondam N. Ordinis M. Gen. pro graduandorum poſtulationibus, ac expoſitionibus, de Conſilio RR. A. PP. MM. ad id nobiſcum ſpecialiter congregatorum, poſtulationes, ac expoſitiones æquo jure hoc ordine invenimus.

PRO GRADIBUS ACTU VACANTIBUS.

PRO PRIMO MAGISTERIO
titulo Lectionis,

AD natos in Indijs attinente, actuque vacante ob mortem R. A. P. N. Fr. Antonij Claudij de Villegas in Indijs nati. Primo poſtulamus R. P. Fr. Antonium Viar, & Larrimbe Indianum in Sacra Theologia Præſentatum, qui per 3. annos Philoſophiam, & per novem Sacram Theologiam in N. Mexicano Collegio de Porta-Cœli laudabiliter, hoc ordine docuit: in M. Studentium duos, in Cathedra Sacrorum Bibliorum duos, in Theologiæ Moralis, & Scholaſticæ Cathedris, quinque conſumpſit annos. Quo tempore duodecim Concluſiones Philoſophiæ, & tres Theologiæ, quarum unam integro die, Præſes habuit. In Conventu Mexicano 7. menſibus primarius Regens ſtitit. Cujus Lectionis fructus ſunt 3. Religioſi, qui Sacram Theologiam legerunt, ac quinque Sæculares, pro hac Univerſitate Baccalaurei, ex quibus unus Magiſter, & Doctor pro eadem Univerſitate eſt. Poſtea tandem in N. de Porta-Cœli Collegio 9. publicis Diſputationibus, ex quibus alteri integro die, Regens adfuit. Ætatis 51. Profeſſionis 35. Præſentati 13. enumerat annos.

2. Poſtulamus R. P. P. Sancti Officij Qualificatorem, ac Conv. B. Mariæ V. de Amecmecan Priorem Fr. Antonium Caſtellanos in Indijs natum, qui per 3. annos in N. Conv. Sanctæ Roſæ de Sombrerete Philoſophiam, & per novem Sacram Theologiam ſtudioſe docuit, tali ordine: 3. in Cathedra Veſpertina, 3. in Primaria, totidemque in Regentia Primaria ejuſdem Conventus, cum profectu plurium Diſcipulorum, qui in Epiſcopatus Durangenſis Eccleſijs inſervierunt. Hujus denique Imper. Conv. Prior, biſque utriuſque Curiæ Procurator, & Capituli Gen. Definitor, quondam fuit electus. Ab ortu 67. à Profeſſione 51. â collata Præſentatura 19. enumerat annos.

3. Poſtulamus R. P. P. Fr. Antonium de Arratia in Indijs natum, qui per triennium Philoſophiam, & per quinque menſes Moralem Theologiam in Conv. N. Sanctæ Roſæ de Sombrerete laudabiliter legit. Poſtmodum in Angelopolitano Sancti Ludovici Collegio ſeptem annis Moralem Theologiam, 3. que Scholaſticam in Cathedra Primaria accurate legit; in Mexico

 verò

verò Conv. integro anno Sacram Scripturam legit, ac in eodem 3. annis, & quinque menſibus Regentis Secundarij oneri adfuit, altero que anno in Collegio de Porta-Cœli idem onus ſubijt. Ætatis 69. Profeſſionis 52. Præſentaturæ 33. habet annos.

PRO 2. MAGISTERIO TITULO LECTIONIS *ad Natos in Indijs ſpectante,*

ACtu que vacante per mortem R. A. P. N. M. Fr. Joſephi de Larrimbe in Indijs nati. Primo poſtulamus ex natis in Indijs, R. P. P. Fr. Antonium Caſtellanos. 2. R. P. P. Fr. Antonium de Arratia.

3. R. P. P. Fr. Emmanuelem Fletes; qui per 3. annos Philoſophiam in N. de Porta-Cœli Collegio, inibique, ac in hoc Imperiali Cœnobio, per tredecim annos Sacram Theologiam, hoc ordine laudabiliter legit: In biennio Mag. Studentium habuit, in quadriennio Sacræ Scripturæ Cathedram, in triennio Theologiæ Moralis, ac tandem in quadriennio Primariam Cathedram laudabil. moderavit. Quo tempore quinque Philoſophiæ, totidemque Theologiæ publicis Diſputationibus præfuit; duodecim Diſcipulos fructificavit, quorum decem pro hac Univerſitate ſunt Baccalaurei, & alij duo in Ordine N. Sacram Theologiam legerunt. Ætatis habet 53. Profeſſionis 35. Præſentati 13. annos.

PRO UNICA PRÆSENTATURA TITULO LECTIONIS,

AD natos in Indijs attinente, actuque vacante ob mortem R. P. P. Fr. Joſephi de Muñoz in Indijs nati. Primo poſtulamus ex natijs in Indijs R. P. ex-Lectorem, ac Theolo um Doctorem Fr. Joachimum del Caſtillo, cujus merita ſunt: per 3. annos Philoſophiam accurate legit, Magiſterium Studentium per 3. annos, totidem Sacræ Scripturæ Cathedram, per 3. etiam annos Theologiæ Moralis, & per quatuor Primariam Cathedram obtinuit; ac etiam Regent. Priam. per undecim menſes, 2dariamque per quatuor annos: quod totum in hoc Mexicano Cœnobio ſtudioſe laboravit. Septem Concluſiones publicas Præſes, habuit. Ætatis 52. Profeſſionis 36. numerat annos.

2. Poſtulamus R. P. ex-Lectorem ac Theologum Doctorem Fr. Joſephum Morales, cujus Lectionis tempus, hoc eſt: in Conv. N. de Guadalaxara Philoſophiam laudabiliter legit, Sacræ Scripturæ Carhedram per triennium in hoc Mexiceo Conv. poſſedit, totidemque in Colleg. N. de Porta-Cœli Theologiam Moralem legit, poſtea tandem per triennium Primariam Cathedram hujus Mexicani Conventus digne occupavit. Ætatis 53. Profeſſionis 36. anni ſunt illi.

3. Loco poſtulamus R. P. ex-Lectorem Fr. Petrum de Herboſo, qui per triennium Artium curſum laudabiliter explevit, per 3. annos Mag. Studentium, per unumque Sacræ Scripturæ, & totidem Theologiæ Moralis, ac per duos annos Primariam Cathedram in Colleg. N. de Porta-Cœli, magno cum profectu ſtudentium indefeſſe ſuſtinuir. Poſtea ad hoc Imperiale Cœnobium translatus per unicum annum Scrip., per aliumque Theolog. Moralem laudabiliter legit. Completo ſuæ Lecturæ tempore, integro anno Regentiam ariam, & per quinque annos Regentiam Primariam habuit in hoc Mexicano Conv. ubi publicas Philoſophiæ Diſputationes regentavit. Cujus Lecturæ

fruc-

fructus ſunt quatuor Diſcipuli in Ordine Sacram Theologiam actu legentes, & quatuor Sæculares Regia pro Univerſitate Baccalaurei. Duodecim Concluſionibus publicis Philoſophiæ, & Theologiæ præfuit. Tandemque Præſidens adfuit Theologicis Diſputationibus in his, & anteactis Provincialibus comitijs habitis. Ætatis habet 42. Profeſſionis 24. annos.

PRO PRIMA PRÆSENTATURA TITULO LECTIONIS, *ad natos in Indijs ſpectante, ſi vacaverit,*

OB aſcenſum ad Magiſterium R. P. P. Fr. Antonij Viar, & Larrimbe, vel alterius ex ſupra poſtulatis: Pmo. poſtulamus R. P. ex-Lectorem, & Theologum Doctorem Fr. Joſephum Morales. 2do. R. P. ex-Lectorem Fr. Petrum de Herboſo.

3. R.P. ex-Lectorem, ac Regentē 2darium Fr. Franciſcum Xaverium Roſal, ex Indijs, qui in hoc Imperiali Cœnobio per triennium Philoſophiam, & per novenium Sacram Theologiam magno conatu legit, videlicet, per triennium in Mag. Studentium, per duos annos in Cathedra Sacræ Scripturæ, per alios que duos in Cathedra Theologiæ Moralis, & totidem in Cathedra Primariæ. Inſuper in N.Mex. Colleg. de Porta-Cœli jam novem enumerat annos in Reg. 2dariæ, nulli parcendo labori: unde pluſquam viginti, & unum in litterario agone computat annos. Suæ Lecturæ fructus ſunt, ex Diſcipulis, unus Lector, duoque curam animarum habentes, & alij in eodem Miniſterio coadjuvantes. Ætatis habet prope 46. Profeſſionis 30. annos.

PRO 2. PRÆSENTATURA TITULO LECTIONIS *ad natos in Indiis ſpectante, ſi vacaverit,*

OB aſcenſum ad Mag. R. P. P. Fr. Antonij de Caſtellanos, vel alterius ex ſupra poſtulatis. Primo poſtulamus R. P. ex-Lectorem Fr. Petrum de Herboſo. 2do. R. P. ex-Lectorem, ac Reg. 2darium Fr. Franciſcum Xaverium Roſal.

3. R. P. ex-Lectorem Fr. Emmanuelem de Aguilar ex Indijs, qui in hoc Imperiali Cœnobio per triennium Philoſophiam, & per quadriennium Sacram Scripturam ſtudioſe legit; poſtea tamen in N. Mex. Colleg. de Porta-Cœli Theologiam Moralem, & Scholaſticam per quinquennium, laudabiliter legendo, docuit. Tempore ſuæ Lectionis quoſdam Diſcipulos pro hac Univerſitate Baccalaureos fructificavit, philoſophicas que theſes defenſavit. Ætatis 42. Profeſſionis 26. annos habet.

PRO PRIMA PRÆSENTATURA TITULO LECTIONIS *ad natos in Hiſpania attinente, actuque vacante,*

OB aſcenſum ad Mag. R. A. P. N. M. Fr. Franciſci de Larrea Hiſpani, Primo poſtulamus R. P. ex-Lectorem Fr. Johannem Juncoſa Hiſpanum. Conv. N. de Zacatecas Priorem, qui in ſua Provincia duodecim annos in legendo conſumpſit, ſcilicet, duos in Lectione Artium, duos in Mag. Studentium, duos in Lectione Sacræ Scripturæ, & quatuor in Cathedra Theologiæ Moralis in Conv. Sanctæ Catharinæ V. & M. Bar-

cinonenſi, cujus eſt Filius; poſtea vero in Conv. Sancti Jacobi de Tremps duobus annis Mag. Studentium habuit. In hac vero N. Mex. Prov. per annum, & ſex menſes Regentiam Secundariam in hoc Mex. Conv. obtinuit. Ætatis numerat 39. Profeſſionis 21. annos.

2. R. P. Lectorem Fr. Johannem Antonium Fernandez Hiſpanum, qui in Conv. Matritenſi D. N. de Atocha per ſex annos duos Artium curſus fructuoſe laborando legit, ac per unum annum titulo Lectoris habitualis, inibi vixit, & denuo per annos duos in eodem Conv. Philoſophiam laudabiliter legit. In hac N. Prov. poſt Sac. Scripturam per integrum annum in Mex. Cœnob. lectam, nunc per duos ann., & quatuor menſes Cathedram Primariam, & Theologiæ Moralis in N. de Porta-Cœli Collegio, poſſidet: unde in Lectoris munere duodecim adimplevit annos, & quatuor menſes. Ætatis 37. Profeſſionis 20. enumerat annos.

3. R. P. Regentem Primarium Fr. Hieronymum Camps Hiſpanum, qui per 3. annos in Conv. Sancti Jacobi de Tremps Philoſophiæ, per duosq Magiſt. Studentium legendo vacavit, quo tempore tractatum Theologicum unà legit; poſtmodùm per integrum annum Mag. Studentium indefeſſe laborando habuit in Conv. Sanctæ Catharinæ V. & M. Barcinonenſi. In hac N. Prov. Mexicana per annos 3. & menſes quatuor, Regentiam Primariam N. Collegij de Porta-Cœli tenuit; nunc tandem Regens Primarius hujus Imperialis Cœnobij vivit. Ætatis 35. Profeſſionis 17. anni ſunt illi.

PRO 2. PRÆSENT. TITULO LECTIONIS AD NATOS in Hiſpania attinente, actuque vacante,

OB aſcenſum ad Magiſterium R. A. P. M. & Doct. Fr. Michaelis de Rodriguez, Hiſpani. Primo loco poſtulamus R. P. Lect. Fr. Johannem Antonium Fernandez. Secundo R. P. Regentem Primarium Fr. Hieronymum Camps.

3. R. P. Regentem Primarium Conv. SS. Roſarij de Guadalaxara Fr. Stephanum Gamero Hiſpanum. Philoſophiam namque per triennium, Sacramque Scripturam per biennium, ſolerter legit in ſupra dicto Conv., ibiq quatuor, & amplius ab hinc annis Regens Primarius perſeverat. Concluſiones publicas ſex, pluréſque domeſticas defenſavit. Ætatis 35. Profeſſionis 15. annos enumerat.

PRO 3. PRÆSENT. TITULO LECTIONIS AD NAtos in Hiſpania ſpectante, actuque vacante,

OB aſcenſum ad Magiſterium R. A. P. M. Fr. Felicis Sanchez Hiſpani, nunc vita functi. Primo loco poſtulamus ex natis in Hiſpania, R. P. Regent. Primar. Fr. Hieronymum Camps. 2. R. P. Reg. Primar. Fr. Stephanum Gamero.

3. R. P. L. Fr. Andræam Mota Hiſpanum, qui in Conv. N. de Guadalaxara tribus annis Philoſophiam, duobus Sacram Scripturam, totidemque Theologiam Moralem laudabiliter legit; tam in publicis, quam in privatis Diſputationibus utiliter laborando. Ætatis 33. Profeſſionis 13. anni ſunt illi.

PRO

PRO 4. PRÆS. TITULO LECTIONIS AD HISPANOS *pertinente, actuque vacante,*

OB aſcenſum ad Magiſterium R. A. P. M. Fr. Nicolai Troncoſo, in Indijs nati. Primo loco poſtulamus ex natis in Hiſpania R. P. Reg. Prim. Fr. Stephanum Gamero. Secundo R. P. Lect. Fr. Andræam de la Mota.

3. R. P. Regent. Prim. Fr. Joſephum Joachimum Ramonell Majoriſenſem, Sancti Officij Qualificatorem, Epiſcopatus Durangenſis Examinatorem Synodalem, qui per triennium Philoſophiam in Regio Conv. de la Palma, cujus eſt Filius accurate legit, virtute que oppoſitionis ad Lecturam Sacræ Theolo. approbationem ibidem unanimiter habuit. In Indijs trium annorum ſpatio, & quarto decurrente Reg. Prim. in N. Conv. de Sombrerete extat, ubi ſimul eſt Prior, Vicariuſque Provincialis. Ætatis 39. Profeſſionis 21. complevit annos.

PRO 5. PRÆS. TITULO LECTIONIS AD NATOS *in Hiſpania attinente, actuque vacante,*

OB aſcenſum ad Magiſterium R. A. P. M. Fr. Petri de Iriarte, & Laurnaga Hiſpani. Primo poſtulamus ex Hiſpanicis R. P. Lect. Fr. Andræam de la Mota. Secundo R. P. Priorem, ac Reg. Prim. Fr. Joſephum Joachimum Ramonell.

3. R. P. Supp. ac Studentium Mag. Fr. Joſephum Gomez, & Figueroa, qui poſtquam Lectioni Artium per tres annos, Studentium profectu, in hoc Mexicano Cœnobio legendo operam dedit, duobus ab hinc annis in Magiſterio Studentium, in eodem Cœnobio ſcholaſtice laborat, ubi Concluſiones Capitulares defenſavit. Verum quia præmemoratus P. tempore lectionis pro hac N. Provincia ad Præſentaturam exacto caret, N. Rmi. diſpenſatione indiget, quam obſecramus attenta Hiſpanorum inopia. Ab ortu 30. á Profeſſione 12. & ſex menſes annumerat annos.

PRO 6. PRÆS. AD NATOS IN HISPANIA *ſpectante, & actu vacante,*

PER aſcenſum ad Mag. R. A. P. M., ac Tho. D. F. Dominici de Soſa in Indijs nati. Primo poſtulamus ex natis in Hiſpania R. P. Prior., ac Reg. Prim. Fr. Joſephum Joachimum Ramonell. Secundo R. P. Suppriorem, ac Studentium Magiſtrum Fr. Joſephum Gomez, & Figueroa, ſi N. Rms. cum ipſo diſpenſare dignetur.

PRO UNICA PRÆS. TITULO PRÆDICATIONIS AD *natos in Indijs pertinente, & actu vacante,*

OB mortem R. P. Præſent. Fr. Emmanuelis de Zeballos in Indijs nati Primo poſtulamus ex natis in Indijs R. P. Præd. Gen. Fr. Franciſcum Diaz Leal, Vicarium, ac Parochum Domus S. P. N. Dominici de Chimalhuacan-Atenco, qui Studiorum tempore laudabiliter peracto, 33. Qua-

Quadrageſimas in Oppido ſuæ Parœciæ animarum lucro fructuoſe prædicavit. Ætatis habet 72. Profeſſionis 51. annos.

2. Poſtulamus R. P. Præd. Gen. Fr. Vincentium Caſtrejon, Vicarium, ac Parochum Domus noſtræ Sancti Johannis Baptiſtæ de Tenanco, qui ſex annorum ſpatio Studiorum curriculo abſoluto, 27. annos in munere Parochi enumerat, duodecim que Quadrageſimas tam in Mexicano, quàm in Caſtellano Idiomate animarum profectu in Oppido, cujus eſt Parochus prædicavit. A nativitate 53. á Profeſſione 37. á collatione Prædicaturæ 9. enumerat annos.

3. Loco poſtulamus R. P. Præd. Gen. Fr. Joſephum Morales, qui Studijs per ſexennium abſolutis, 17. Quadrageſimas in bonis Civitatibus fructuoſe, & laudabiliter prædicavit, præter ducentos Sermones panegyricos, quos audientium plauſu habuit. Ætatis anni ſunt illi 55. Profeſſionis 38. Prædicatoris Generalis 20. Unde antiquior eſt inter Prædicatores Generales.

PRO 1. PRÆDIC. GENERALI TITULO LINGUÆ ad natos in Indijs attinente, actu que vacante,

PER mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Iſidori de Leon. Primo poſtulamus R. P. Fr. Antonium de Vargas, quondam Parochum, ac nunc Priorem Conventus noſtri Sancti Jacobi de Quauthlan, qui Studentatu abſoluto, Parochiali muneri octo annis animarum zelo ſuccubuit. 31. Quadrageſimas in Oppido ſuæ Parœciæ cum audientium lucro, & plauſu peroravit, præter duas Miſſiones, & 195. Sermones, varijs in locis habitis; per omnes que dies Dominicos, & in majoribus Solemnitatibus SS. Roſarij devotionem ſpeciali ſtudio aliquot annis perſuaſit. Ætatis 46. Profeſſionis 24. adimplevit annos.

2. R. P. Fr. Ignatium de la Torre, Domus N. Purificationis B. Mariæ V. de Atlacoayan Vicarium, ac Parochum, qui ſpeciali applicatione ſtudiorum tempore peracto, Parochi muneri viginti, & uno ab hinc annis animarum zelo ſuccumbit: quo temporis ſpatio per eaſdem Quadrageſimas fidelibus fructuoſe Verb. Dei ſuis ovibus prædicavit, præter plures conciones, quas laudabil. inibi habuit; atque myſteria Fidei hactenus explicare non ceſſat, Ætatis habet 48. Profeſſionis 30.

3. R. P. Fr. Emmanuelem Ruiz, Parochum Conv., & Doctrinæ noſtræ S. P. N. Dominici Tlatiltenanco, qui tempore Studiorum completo, per triginta, & unum annos in Parochi munere religioſe laborat, atque 20. Quadrageſimas, in Oppido ſuæ Parœciæ fidelium lucro prædicavit, præter alios ſermones, quos in eadem Parœcia laudabiliter protulit. A nativitate 58. á Profeſſione 36. annos enumerat.

PRO 2. PRÆDICATURA GENERALI titulo Linguæ,

AD natos in Indijs ſpectante, & actu vacante, morte R. P. Præd. Gen. Fr. Petri de Garcia ex natis in Indijs. Ex eadem natione primo poſtulamus R. P. Parochum Fr. Ignatium de la Torre, Secundo R. P. Parochum Fr. Emmanuelem Ruiz.

3. R. P. Fr. Franciſcum de Rivera, quondam vigilantiſſimum Parochum, qui poſt ſeptem annos in Studijs conſumptos, ſexdecim annos, & ſex menſes in onere Parochi vigili ſolertia peragravit; docuitque Linguam Mexicanam ex Cathedra in hoc Imperiali Cœnobio. In Oppido ſuæ Parœciæ quatuor Quadrageſimas, ac alteram in Villa S. Michaelis, ubi hucuſque reſidet Verbum Dei fidelibus perſuadendo, fructuoſe prædicavit. Ætatis habet 4. Profeſſionis 30. annos.

PRO 1. PRÆDICATURA GENERALI titulo Conventus,

AD natos in Hiſpania pertinente, actu que vacante, ob mortem R. P. Prædicatoris Generalis Fr. Vincentij de Botello in Indijs nati. Primo poſtulamus, pro Conv. Mexicano R. P. Fr. Thomam de Cabrera Hiſpanum; qui Studijs abſolutis, quinque Quadrageſimas in Civitate de Xerez prædicavit, præter alios Sermones in Civitate Portus de Sancta Maria, laudabiliter habitos; ibique & in Conv. de Xerez, cujus eſt Filius, Pſalmodiæ Cantor vixit, ubi devotionem SS. Roſarij prædicando auxit. In hoc Imperiali Cœnobio unicum Sermonem, & quinque in Villa de Xalapa peroravit. Ætatis 60. Profeſſionis 43. annos habet.

2. R. P. Fr. Johannem de la Eſcalera Hiſpanum, qui titulo Collegæ de Porta-Cœli decoratus, per ſexennium ſtudio Philoſophiæ, & Theologiæ accurate incubuit; ac in eodem Mexicano Collegio dum Theologiæ ſtuduit quatuor Quadrageſimas prædicavit; præter plures Sermones, & alias duas Quadrageſimas (ſeu Tandas) quas intra anni hujus ſpatium laudabiliter Mexici concionatus fuit. Ætatis habet 48. Profeſſionis 7. annos.

3. Poſtulamus (ſi N. Rms. ſecundæ ſupplicationi annuit) R. P. Fr. Joſephum de Roher, qui Studiorum laudabili profectu emenſo curriculo, in Provincia SS. Roſarij Inſularum Philippinarum per 3. annos fere in omnibus diebus Dominicis animarum lucro prædicabat verbo, & exemplo; quippe ut ex teſtimonio R. A. P. Provincialis ejuſdem Provinciæ conſtat, exemplariter ſemper inibi vixit. In ſuo Barcinonenſi Convent. Concluſiones Generales Theologiæ, & Sacræ Scripturæ, per tres dies magna dexteritate ingenij ſuſtentavit. Mexici, in Hoſpitio Sancti Hyacinthi per duos annos in omnibus diebus feſtivis prædicabat; unamque Quadrageſimam in Oppido de Azcapotzalco, aliamq Mexici habuit, præter alios Sermones in præcipuis ſolemnitatibus peroratos. Ætatis 33. Profeſſionis 15. enumerat annos.

RRO 2. PRÆDICATURA GENERALI TITULO Conventus,

